

DISSERTATIO SECVNDA

DE  
ELIA FVTVRO IAM MANI-  
FESTATO

AD MALACH. III, 23. 24.

QVAM  
ADNVENTE DIVINO NUMINE  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO SERENISSIMO  
PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO  
ERN. AVG. CONSTANTINO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE, RELIQUA  
CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM  
ORDINE

SVB PRAESIDIO  
IOAN. FRIDERICI HIRTII

ARTIVM MAGISTRI ET FACVLT. PHILOSOPH. ADIVNCTI

D. 22. APRILIS A. R. S. MDCCLII.

ITERVM DEFENDET

MAVR. WOLFG. CHRIST. HANFF

COBVRGENSIS

PHILOSOPHIAE ET S. THEOLOGIAE CVLTOR.

I E N A E

TYPIS ANDR. MICH. MEYERL.

*VJ.*  
*in Zaphiran*  
*Malachs*  
*557*

Exeg.

B.

198, 42

DISERTATIO SECVNDA

DE

ELIA TVTVO IAM MANE  
FVSTATO

AD MALACH. III. 24.

GVAM

AVVENTE DIVINO NVMINI

RICTORE MACHINAMENTISMO SERENISSIMO

FRANCISCV NO DOMINO

D O M I N O

ELIA TVTVO IAM MANE

FVSTATO

AD MALACH. III. 24.

AVVENTE DIVINO NVMINI

SUB PRÆSIDIO

IOANNIS FRIDERICI HIRTI

AVVENTE DIVINO NVMINI

FRANCISCV NO DOMINO

D O M I N O

ELIA TVTVO IAM MANE


FVSTATO

AD MALACH. III. 24.

AVVENTE DIVINO NVMINI

FRANCISCV NO DOMINO

D O M I N O





**P**ostquam in dissertatione priori expositionem Ordo tra-  
Cap. III, 23. 24. vaticinii Malachiani de E- Stationis  
lia ibi promisso proposui, et in sectione indicatur.  
dogmatica tam philologice quam exegeti-  
ce illud pertractavi; iam filum protrahens  
in dissertat. hac posteriori, sectionem histo-  
rico- polemica addam, aliorumque interpretationes pro-  
feram et modeste diiudicabo. Eo lubentius altera sectio  
ista in dissertatione hac additur, quo aptior sese offert occa-  
sio in diiudicandis aliorum expositionibus meam interpre-  
tat. confirmandi. Ne tamen in librum crescat labor meus,  
non omnes ac singulas, quas noui et inueni, sententias di-  
uerfas adducam, sed notissimas easque praecipuas de tribus  
praesertim momentis, nominasse sufficiat. Et vt ordinem  
tractationis meae L. B. ab initio statim sciat, varias sen-  
tentias de *Propheta Elia* primum, deinde diuersas *diei domi-  
ni magnae et terribilis* interpretationes, denique discrepan-  
tes verborum *reducet cor patrum super filios, et cor filiorum  
super patres*, expositiones suppeditabo atque examinabo.  
Quae omnia iudicio beneuolo lectoris candidi trado, vtque  
ea aequi bonique consulat oro obsecro.

A 2

SECTIO

## SECTIO II.

### HISTORICO - POLEMICA.

#### §. II.

Sententia  
Iudaeorum  
de Elia  
apud Ma-  
lachiam  
promisso  
proponi-  
tur.

Quod per prophetam Eliam in vaticinio nostro nomi-  
natum Iohannes baptista sit intelligendus, probauimus supra  
(§. XVI. Dissert. I.) et ostendimus, quo modo hicce et Elias  
(§. XVII. l.c.), et quo respectu propheta vocari potuerit (§.  
XVIII. l.c.). Audienda nunc erit sententia Iudaeorum, et a-  
liorum quorundam interpretum, qui veterem istum Eliam  
Thesbiten in vaticinio nostro quaerunt. Eo autem senten-  
tia Iudaeorum redit, vt ad vnum omnes reditum Eliae illi-  
us veteris in coelum a Deo assumpti in dicto nostro promit-  
ti credant, licet de Eliae istius venturi indole ac circum-  
stantiis, eiusque munere et opere non conueniant aut con-  
sentiant. Sicut enim gens obcoecata Messiam quendam ad-  
huc futurum regem terrenum expectat, ita etiam Eliae in  
coelum a Deo translati reditum ante illum praestolatur. \*)

Duo

\*) Concluditur hoc partim ex in-  
inde quod Iudaei apud IOSEPH. KA-  
RO in Schulchan Aruch P. I. Orach  
Chaim num. 295. f. 51. col. 4. testen-  
tur, quod singulis Sabbatis confueue-  
runt להזכיר אליו הנביא  
להתפלל שיבוא ויבשר  
הגאולה in memoriam reuocare  
Eliam prophetam, et orare, vt veniat  
atque annunciet redemptionem. Quod  
votum, teste EISENMENGERO in  
Iudaismo detecto P. II. cap. XIII.  
p. 697. in ipsorum precibus passim  
deprehenditur, et quidem, vt ille  
addit, Weil sie hoffen das sie alsdenn  
erläset, und durch den Messiam wie-  
der in das gelobte Land geführet wer-

den, auch über die ganze Welt herr-  
schen sollen. Euidens vero testimo-  
nium in quo aduentus Eliae Prophe-  
tae cum aduentu Messiae futuri com-  
binatur, extat in commentario anti-  
quo, qui inscribitur פסיקתא fol.  
62. col. 1. et in R. SCHIMEONIS  
ad Jesaiam fol. 53. col. 3. n.  
337. vbi legimus, בשעה שהק"ב  
גואל את ישראל ג' ימים  
קודם שיבוא משיח בא אליו  
ועומד על הרי ישראל ובוכה  
ומספיד עליהם ואומר להם  
הרי ארץ ישראל עד מתי אתם  
עומדים בארץ ציה ושממה  
וקולו

Duo tantum de sententia ista testimonia adducemus. Primum eorum ex ipso Talmude Babylonico defumemus, vbi in tractatu *Edaioth* in Mischn. Cap. VIII. thesi 7. in qua variae de fine vel scopo reditus Eliae in mundum doctorum sententiae recensentur, vaticinium nostrum in fine theseos nominatae adducitur, ed ad Eliae Prophetae aduentum applicatur. Sic enim tota thesis Mischnica sonat: **אמר רבי יהושע מקובל אני מרבן יוחנן בן זכאי ששמע מרכו ורבו מרבו הלכה למשה מסיני שאין אליהו בא לטמא ולטהר ולרחוק ולקרוב אלא לרחוק המקורבין בזרוע ולקרוב המרוחקים בזרוע משפחת בית צריפה היתה בעבר הירדן וריחקה**

A 3

וקולו נשמע מסוף העולם ועד סופו ואחר כך אומר להם בא שלום לעולם בא שלום לעולם שנ' מה נאוו על ההרים רגלי מבשר משמיע שלום כיון ששמעו רשעים הם שמחים ואומר זה לזה בא שלום לנו ביום ב' בא ועומד על הרי ישראל ואומר באת טובה לעולם באת טובה לעולם שנ' מבשר טוב ביום ג' בא ועומד על הרי ישראל ואומר באת ישועה לעולם באת ישועה לעולם שנ' משמיע ישועה וכיון שהוא רואה את הרשעים שהם אומרים כך אומר לציון מלך אלהיך ללמדך לציון ולבניה בא ישועה ולא לרשעים

*ad illos, quousque o montes Israelis stabitis in terra arida et desolata? et vox eius audietur ab vna extremitate mundi usque ad alteram. Ac deinceps dicet ad illos: veniet pax in mundum, veniet pax in mundum. Dicitur enim (Ies. LII, 7.) QVAM AMOENI SVNT SVPER MONTIBVS PEDES EVANGELIZANTIS, PROMVLGANTIS PACEM. Quum hoc audient improbi, laetabuntur, et vnus ad alterum dicet, venit pax ad nos. Die secundo iterum veniet, et stabit super montibus Israelis, ac dicet: venit bonum in mundum, venit bonum in mundum, dicitur enim porro (Ies. l. c.) ANNUNCIANTIS BONVM. Tertio die iterum veniet, et stabit super montibus Israelis, dicetque: venit salus in mundum, venit Salus in mundum, quia porro dicitur (Ies. l. c.) PROMVLGANTIS SALVTEM. Et quum ille videbit improbos, quod ita loquantur, dicet ad Zionem, REGNAT DEVS TVVS, vt doceat te, quod ad Zionem et filios eius, non vero ad improbos veniat salus.*

*i. e. tempore quo Deus benedictus redimet Israelem, Elias triduum antequam aduenerit Messias veniet, stabitque super montibus Israelis, ac flebit et planget propter illos, dicetque*

וריחקה כן ציון כזרוע ועוד אחרת היתה שם וקרבה כן  
 ציון כזרוע כגון אילו אליהו בא לכמא ולטהר לרחק  
 ולקרב רבי יהודה אומר לקרב אבל לא לרחק רבי שמעון  
 אומר להשוות המחלוקת וחכמים אומרים לא לרחק ולא  
 לקרב אלא לעשות שלום בעולם שנאמר הנני שולח לכם  
 את אליהו הנביא וגו' והשיב לב אבות על בנים ולב בנים  
 על אבות: *i. e. Dicit R. Iehoschea, accepi ego a Rabban  
 Iochanan filio Sachai, qui audiuit a magistro suo, et hic ma-  
 gister eius a magistro suo, traditionem Mosis a monte Sinai,  
 quod non venturus sit Elias ad purificandum aut ad impurum  
 pronunciandum aliquid, neque ad elongandum vel ad propius  
 adducendum quendam, nisi ad elongandum illos qui accesserunt  
 vi, et ad propius adducendum eos qui vi remoti sunt. Fa-  
 milia Zeriphanorum fuit trans Iordanem, sed Ben Zion elon-  
 gavit illam vi, praeterea etiam alia ibi erat, quam Ben Zion  
 vi adduxit. Ad purificandas aut immundas pronunciandas,  
 ad elongandas vel propius adducendas eiusmodi familias veniet  
 Elias. R. Iehuda dicit, ad adducendas sed non ad elongandas  
 illas veniet. R. Schimeon dicit, ad componendum controuer-  
 sias veniet. Sapientes dicunt, neque ad propius adducendum,  
 neque ad elongandum quemquam veniet; sed ad pacem fa-  
 ciendum in terra, quia scriptum est: ECCE EGO MITTAM  
 VOBIS ELIAM PROPHETAM etc. QVI REDVCET COR  
 PATRVM AD FILIOS, ET COR FILIORVM AD PA-  
 TRES SVOS. Alterum testimonium deprehenditur in R.  
 DAVID KIMCHI Commentario, in Bibl. Buxtorf. fol. 695.  
 col. 2. circa fin. vbi ad verba הנה אנכי שולח לכם  
 והטעם שישיב נשמתו שעלתה לשמים אל גוף  
 נברא כגופו הראשון כי גופו הראשון שב אל הארץ בעלותו  
 כל יסוד על יסודו ואחר שיחיה אותו בגוף ישלחנו  
 לישראל לפני יום המשפט והוא יום השם הגדול והנורה;  
*i. e. Sensus nimirum est, quod reducturus sit animam eius,  
 quae ascendit in coelum, ad corpus creatum sicut corpus eius  
 primum**

primum erat. Nam corpus eius primum reuersum erat in terram, cum ille ascendisset, vnumquodque scil. elementum ad elementum suum. Sed postquam viuificauerit eum Deus, cum corpore mittet eum ad Israelitas ante diem iudicii, qui est dies Iehouae magnus et terribilis.

§. III.

Quod sententia haec de' reditu Eliae illius veteris Prophetae non recentioribus solum Iudaeis, sed veteribus etiam fuerit communis, exinde quoque cognoscitur, quod Iudaei Alexandrini in versione sua Graeca Bibliorum \*) quae Septuaginta viralis nominari solet, in dicto nostro nomen Thesbites Eliae expresse et aperte addiderint. Transferunt enim comma nostrum, καὶ ἰδὲ ἐγὼ ἀποσέλω ὑμῖν Ἡλίαν τὸν Θεσβίτην, πρὶν ἔλθειν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. Et sic etiam apud Ecclesiasticum Cap. LXVIII. vbi v. 1-15. de Elia Thesbite sermo est, nostrum Malachiae vaticinium ad eundem adplicatur, quando de illo eiusque post ascensum reditu commate 9. et 10. scribitur: ὁ ἀναληφθεὶς ἐν λαμπάδι πυρός, ἐν ἄρματι ἵππων πυρίνων. ὁ καταγραφεὶς ἐλεγμὸς εἰς καιροὺς, κοπάσαι ὄργην κυρίου πρὸ θυμῶ, ἐπιστρέψαι καρδίαν πατέρος πρὸς υἱόν, καὶ καταστήσαι

Consensus LXX. interpretum hac in re ostenditur.

\*) Controuersiam de LXX. interpretibus et veris versionis istius auctoribus hoc loco non attingemus, quia scopus noster illud non permittit. Illos igitur, qui rem vberius agnoscere volunt, ablegamus ad 1. FRANC. BVDDEVM in Hist. Eccl. V. T. Part. II. p. 833. ABRAH. CALOVIUM in Critico sacr. Membr. VIII. seqq. p. 693. seqq. 10. GOTTL. CARPZOVIUM in Critica facta P. II. Cap. II. p. 481. seqq. ANTON. VAN DALE in Dissert. super Aristeia de LXX. Intr. 10. CHRISTOPH. DOR-

NIVM in Biblioth. Theologica Critica Vol. I. L. IV. Cap. V. p. 679. seqq. 10. ALB. FABRICIUM in Biblioth. graeca Vol. II. L. III. cap. XII. p. 315. HVMFRED. HODIUM de Bibliorum textibus original. et Version. Graec. et latina Vulg. Lib. IV. CHRIST. KORTHOLTUM de variis script. edit. cap. VI. p. 51. seqq. 10. IOACH. LANGIUM in Hist. Eccl. V. T. p. 886. seqq. 10. LEVSDENIUM in Philol. Hebraeo mixto Diss. 2. 3. 4. aliosque.

τασῆσαι Φυλάς Ἰακώβ. i. e. qui sursum acceptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Qui conscriptus, siue scripto praedictus, es tanquam comminatio aduersus tempora, ad mitigandam iram domini, antequam furor fiat, ad conuertendum cor patris ad filium, et ad restituendas tribus Iacobi. Et Iudaei hodierni tantum abest vt ad Eliam mysticum siue Iohannem Baptistam vaticinium nostrum referant, vt eundem potius una cum Messia nostro calumnientur, quamuis maiores eorum istius tempore viventes maximi eum habuerint, \*) imo etiam IOSEPHVS honorificum testimonium de eo suppeditauerit. \*\*) Calumniam memoratam cognoscere possumus ex veteri *Nizzachon* vbi p. 28. legimus המינים שואלים מה רמז הוא שמושה לא הכניס את ישראל לארץ כנען עד שבא יהושע והעבירים את הירדן ואומרים שזה רמז על התורה שנהן מושה לא הועילה להכניסם לגן עדן עד שבא ישו ששמו יהושע והעבירים בירדן כלומר שנמבלו ביד יוחן רשע: i. e. Haeretici quaerunt quidnam significet illud, quod Moses non duxerit Israelitas in terram Canaan, usque dum venerit Iosua, qui traduxit eos trans Iordanem? et dicunt, quod hoc respiciat legem a Mose traditam, quae non potuisset introducere illos in hortum Eden, usque dum venerit Iesus, cuius nomen est Iehoschua, et transduxerit illos per Iordanem, i. e. usque dum baptizati fuerint ministerio IOHANNIS IMPROBI. \*\*\*)

Sed

\*) Tantaenimirum apud illos fuit auctoritatis, vt eum pro propheta haberent, eiusque baptismum diuinitus ordinatum agnoscerent Matth. 14, 5. 21, 26. Imo ipsius Messiae dignitatem atque honorem sponte illi deferrent. Ioh. 1, 20.

\*\*) conf. §. XXV. Dissert. I.

\*\*\*) In ipsa nominis Iohannis adductione malitiam Iudaicam obseruauit IOH. ANDR. EISENMENGE-

rvs in Iudaismo detecto Part. I. Cap. VII. p. 280. eiusque obseruatio haec est: Hierbey ist zu beobachten, dass er nicht יוחנן הרשע Iochanan harascha, d. i. der gottlose Iohannes, sondern יוחן רשע Iuchan rascha oder roscho, welche VVort Es. 26, 10. stehen, und so viel bedeuten, als solte der Gottlose Genad erlangen? zu dessen mehrer Beschimpfung mit Verkehrung seines Namens genennet wird.



Sed ratio huius conuicii contra pium Iohannem emiffi facile detegi potest. Calumniantur eundem nimirum sine dubio, quia iste de nostro Salvatore tam honorificam sententiam tulit, suosque auditores ad illum tanquam ad verum Messiam amandauit, quem tamen Iudaei audire non possunt nec volunt, sed hodie adhuc blasphemias voces in illum emittunt.

§. IV.

Auctoritate LXX. Interpretum absque dubio inducti Et ab illis ad Christianos quosdam istam sententiam manasse docetur. inter Christianos quoque interpretes haud pauci Eliam, in vaticinio nostro obuium, de veteri illo Elia Thesbite interpretati sunt. \*) Firmiori certe sententia haec nostra statuto, quam coniectura illa GROTII, qui ego, inquit, arbitror persuasionem istam ab Hebraeis ortam, in quorum libris reperimus Eliam post tempora Messiae occultatum iri, iterumque se patefacturum in diebus Gog et Magog. Nam quia Apocalypsis quoque meminit τῶν Γὰρ καὶ Μαργώγ, ideo quicquid aut in prophetis dictum est de Gog et Magog, aut quicquid ad Prophetas adiecit Hebraea credulitas, solent Christiani scriptores ad Antichristi tempora referre, quod multis exemplis probari posset, nisi ea tractatio rectius alii loco reseruaretur. \*\*) Nam opinionem hancce recte reiecit b. FRISCHMUTHVS noster, quando de illa monuit: \*\*\*) „ Sane in libro Iuchasin p. 12. R. Abraham Zacutus ita ait, אליהו יהיה נהגלה כשיבוא משיח ומיד יסתר פעם שנית ואחר כך יתגלה: Elias manifestabitur, quum venerit Messias, et extemplo abscondetur denuo, sed postea manifestabitur,

\*) Male tamen VIEGAS in suo Commentario in Cap. XI. Apoc. Sect. VI. scribit, non sine temeritate, nec sine impudentia negari posse, quod omnium veterum auctorum opinio fuerit de Elia constantissima, nemine dissentiente.

\*\*) Vide eius Annotat. ad libros N. T. in h. l. in CALOVII Bibliis Illustrat. N. T. T. I. p. 335.  
 \*\*\*) conf. eius Dissert. de Eliae quem Iudaei etiam num frustra praestolantur aduentu Cap. I. §. 4.

B

bitur, ubi venerit Gog et Magog. Sed hinc παραδοσι illam Christianorum de Elia ante mundi exitum redituro originem suam traxisse, credat Iudaeus Apella! Non est *Abrahamus Zacutus* illius aetatis scriptor, ut ex illo sententiam de reditu Eliae haurire potuerint Christianorum doctores vetustissimi. Neque alibi in Iudaeorum libris antiquioribus facile quicquam inuenias de Eliae apparitione, quam eius occultatio et iterata manifestatio sit secutura. Sic igitur potius sententia de Elia Thesbite apud Malachiam intelligendo ex Bibliis Graecis primum ad Graecos Patres, deinceps ad Latinos, et ab hisce tandem ad Romanam ecclesiam manasse videtur. Pertinent vero ex antiquioribus illuc TERTULLIANVS, \*) CHRYSOSTOMVS \*\*) HIERONYMVS \*\*\*) AVGVSTINVS \*) aliique. \*\*) Et quamuis omnes in hoc conveniant, quod Elias iste non in sensu Iudaico de praecursore quodam Messiae adhuc expectandi sit accipiendus, alio tamen respectu a se inuicem discrepant. Sunt enim, qui vaticinium nostrum suum obtinuisse implementum credunt, dum in transfiguratione Christi Elias de coelo apparuerit. \*\*\*) Alii vero iique plurimi aduentum Eliae Thesbitis adhuc post apparitionem Christi in carne factam expectari debere credunt. Duplex nimirum ab illis apparitio Christi assumitur, una in humilitate, quae per assumptionem humanae naturae iam facta est, altera, quae fiet in illustri gloria ad iudicium totius terrae, ad quam Eliam in vaticinio nostro praedictum restringunt, atque per eum veterem illum Thesbitem intelligunt. Adducemus hac de re testimonium ex IVSTINI martyris dialogo cum Tryphone Iudaeo, quem illi

\*) in Commentat. de anima Cap. 35. et 50. it. Lib. 3. Carm. aduersus Marcion.

\*\*) in Homil. 38. in Matthaeum.

\*\*\*) in Comment. ad Matthaeum XI, 14. et XVII, 11.

\*) Lib. 20. de ciuitate Dei cap. 29.

\*\*) conf. RIBERA in comment. ad Malach. IV. POLVS in Synops. Critic. ad I. c. Vol. III. p. 2077. 10. CASP. SUICERUS in Thesauro Eccl. Tom. I. p. 1318.

\*\*\*) Matth. 17, 3. conf. CALOVII Biblia illustr. V. T. Tom. II. p. 1073. col. 2.

illi sequuntur. Sic nimirum *si ratio*, inquit, cogat *fateri duos aduentus Christi praedictos, alterum cum passioni subditus et inhonoratus et informis apparuit, alterum cum gloriosus et iudex omnium aderit; annon terribilis et magni illius diei* τούτ ἐστὶ τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ προσδοκῶν γενησεῖσθαι τὸν ἡλίαν νοησομεν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ κεκηρυχέναι; hoc est secundi aduentus eius Eliam praecursorem fore, verbum Dei annunciasse intelligemus? \*)

§. V.

Contra Iudaeos Eliam adhuc futurum expectantes in-  
nendum est, quod Eliam in vaticinio nostro promissum iam  
venisse necesse sit, quodque omnia praedicata hic obuia in  
Iohannem baptistam egregie quadrent, adeoque vaticinium  
illud in eo sit impletum. Illud patet exinde, quod Elias  
noster ante Messiam venire dicatur, hic vero iam dudum  
venerit. \*\*) Hoc vero probatur ex testimonio Iosephi §.XXV.  
Diff. I. adducto. Et qui ex nouo testamento ea, quae de  
Iohanne baptista ibi dicuntur, et in Dissertatione nostra pri-  
ma iam adducta sunt, cum iis, quae in vaticinio nostro de  
Elia dicuntur, comparat, eo magis hac de re confirmabitur.  
Elias nimirum 1) ante Messiam venire debuit; et Iohannes  
cum omnino in spiritu, et virtute Eliae praecessit. 2) Elias  
ad conuersionem et sincerum amorem Iudaeos sui tempo-  
ris adhortari debuit; et Iohannes et baptizando et docendo  
illud efficere studuit. 3) Elias deum vt patrem benignum  
aeque ac iudicem iustum sistere, adeoque poenam immi-  
nentem comminare debuit; et Iohannes securim iam arbo-  
ri admotam esse docuit etc. Equidem scio, quod Iudaei  
dubia duo contra sententiam nostram de vaticinio nostro  
in Iohannis persona impleto moueant; sed facile illa re-  
moueri possunt. Ipsa eorum dubia cognosci possunt ex

Sententia  
Iudaeorum  
Eliam ad-  
huc futu-  
rum expe-  
ctantes re-  
iicitur, et  
obiectiones  
eorum re-  
mouentur.

B 2

R. Isa-

\*) conf. IOH. MARCKII Exercitat. Iuuenil. Dissert. 15. p. 323. leb. CARPOVII Theologia reuel. dogmat. T. III. §. 858. p. 1143. sqq.

\*) vid. §. XVI. Dissert. I. conf. ce-

R. *Isaaci ben Abraham* חזוק אמונה vbi Cap. 39. p. 316. fq. legimus, גם זאת חטענה לחם לטעות לפי שהכתוב אומר בבירור הנה אנכי שולח לכם את אליהו הנביא בלשון הכתוב ממלכים א' יח וכן בדברי ימים ב' כ"א ואם היה בדבריהם היה כתוב אומר הנה אנכי שולח איש כמו אליהו הנביא ולא אליהו הנביא ממש או היה אומר הנה אנכי שולח לכם את יוחנן ומהו ההכרח לקרא ליוחנן בשם אליהו הנביא מצורף לזה שמצינו כתיב בא' ג' כ"א פ' א' פסוק כ"א כאשר שאלו הכהנים והלויים: מיאן אם אתה אליהו ויאמר אינני אליהו: i. e. *etiam hoc ipso argumento* (quod in antecedentibus de aduentu Eliae per Iohannem iam facto adducitur) *errorem committunt, quia scriptura dicit clare, ECCE EGO MITTAM VOBIS ELIAM PROPHETAM, sicut scriptura loquitur 1 Reg. XVIII, 36. itemque 2 Chron. XXI, 12. Si igitur ad ipsorum scil. Christianorum verba res sese haberet, dixisset scriptura, ECCE EGO MITTAM VIRVM SIMILEM ELIAE PROPHETAE non autem Eliam prophetam ipsum; aut dixisset, ECCE EGO MITTAM VOBIS IOHANNEM. Num ideo necessarium fuit Iohannem appellare nomine Eliae prophetae? Accedit hoc, quod scriptum inueniamus in Euangelio apud Ioannem Cap. I. versu 21. cum interrogarent sacerdotes et Leuitae Ioannem, num tu es Elias? quod responderit, non sum Elias. Ad primam obiectionem respondemus, nostrum non est, vt cum Iudaeo sciolo indagemus, quomodo spiritus sanctus loqui potuisset; sed tantummodo rite sunt interpretanda verba, quae adhibere ipsi placuit. Sufficit igitur nosse, quod res notissima sit, nomina propria in libris sacris obuia non semper eos, quibus primum imposita sunt, denotare, sed illos quoque, qui iis sunt similes. \*\*) Cum igitur maxima inter Eli-*

am  
\*) probauimus hoc supra §. XVII. Tract. Talm. *Sanhedrin* atque ali-  
Diff. I. et ipsi Iudaeorum doctores in bi ita fanciunt, prouti SVREN-  
HYSI-

am et Iohannem deprehendatur similitudo, et Elias iam venerit necesse sit; recte per Eliam Iohannes intelligitur. Ad alteram obiectionem respondemus, Iohannes non simpliciter negavit, se esse Eliam, sed negavit tantum, se esse illum Eliam, quem Iudaeorum legati ipsum interrogantes sibi concipiebant et fingeant. Credebant nimirum, praecursurum Messiae *Eliam* esse ipsum illum *Thesbiten*, qui siue in coelum, siue in paradysum raptus, ibidemque in viuis conseruatus, inde reuersurus sit; siue, vt alii malunt, ex mortuis suscitandus, et redonandus Israeli. Pro hac legatorum mente Iohannes negavit quaestionem, et respondit, quod verum erat, se non illum esse Eliam, quem ipsi sibi figurabant. \*)

§. VI.

Quod vaticinium nostrum non fuerit impletum in Elia Thesbite ipso, dum de coelo ad transfigurationem Christi in monte Thabor adparuit, cuiuslibet facile patebit, qui considerauerit, quod ibi non perfunctus sit illa re, quae tamen ab Elia in dicto nostro requiritur. Iste nimirum Elias Thesbites ibi adparens *non reduxit cor patrum super filios, aut cor filiorum super patres ipsorum*, sed statim post adparitionem in monte factam ad coelum rediit. Quod vero ex aliorum sententia in vaticinio nostro de Elia Thesbite tanquam praecursore secundi aduentus Christi ad iudicium extremum agatur, adeoque ille adhuc futurus sit; ex tribus rationibus reiicitur. Primo nimirum sententia illa falso nititur fundamento, quod nullum aliud tempus quam aduentus

Triples interpretum christianorum sententia de Elia a nobis recedentium examinatur et reiicitur.

B 3

Chri-

HVSIVS in libro *καταλλαγης* p. 230. obseruavit, simulque ostendit quod in Tract. Talm. *Berachot* fol. 61. col. 2. doceatur, Eliam venturum non esse ipsam Eliae personam, sed alium ei factis similem. vide etiam IAC. AL-

TINGIVM Tom. V. Opp. Tract. *Schilo* cap. XI. p. 128.

\*) conf. HERM. WITSIVS in *Miscell. sacr.* T. II. Exerc. XV. §. 51. p. 411. IOAN. MARCKIVS in *Exercit. Iuuen.* Diss. XV. p. 335.

Christi ad iudicium extremum vocari possit dies magnus et terribilis, cum tamen ostenderit, quod tempus quo Christus in carnem ad perfungendum opus mediatorium venit, recte omnino vocatum fuerit dies magnus et terribilis (§. XIX. Diff. I.). Deinde sententiae isti de praecursore ad iudicium extremum venientis Christi contextus repugnat, nam vi istius de aduentu Messiae in carnem est sermo (§. cit.), non vero de aduentu ad iudicium extremum. Denique nec functio Eliae hic tributa permittit, ut sententiae illi subscribamus, siquidem in ultimo aduentu Christi poenitentiae non amplius erit locus, sed poena tunc improbis adiudicabitur perennis; et per sapientiam diuinam fieri non potest, ut media extraordinaria in missione Eliae utique admittenda Deus eligat, dum ordinaria omnino adsunt, semperque in hac Ecclesiae forma aderunt. Et haec obseruanda etiam sunt contra eos, qui duplicem Eliam ex insufficiente verborum Christi cognitione statuunt, vnum metaphorice talem, Iohannem ante Christi aduentum in carnem, alterum proprie talem, Eliam scil. Thesbiten ante Christi aduentum ad iudicium extremum. Quibus supra (§. XVI. Diff. I.) ex parte iam satisfecimus. \*)

## §. VII.

Variae sententiae de die domini magno et terribili adducuntur. De tempore, quo mitti dicitur Elias, in tres praecipue abeunt partes interpretes. Alii per diem magnum et terribilem domini intelligunt aduentum Christi in carnem ad officium suum mediatorium perfungendum. \*\*) Alii diem istum

\*) vide etiam CAPELLVM in Opp. Tom. II. p. 1073. BRAND. HENR. GEBHARDI in german. introduct. ad 12. proph. min. p. 1584. IO. MARCKIUS in Exercit. Iuuen. Dissert. XV. Cap. IV. p. 328 sq. MÜNSTERVS in Critic. Anglican. Tom. III. p. 1590. IOH. TARNOVIUS in Commentar. in 12. Proph. min. p. 1662.

\*\*) huc pertinent v. g. I. G. CARPZOVIVS in Bibl. paru. exeget. p. 1282. ABRAH. CALOVIUS in Bibl. illustr.

istum interpretantur de die extremo et de aduentu Christi glorioso ad iudicium vniuersale exercendum. Alii tandem diem istum magnum atque formidabilem referunt ad iudicium contra incredulos Messiae nostri contemtores ab ipso in excisione Hierosolymae per Romanos exercitum. Primam sententiam in superioribus elegi, eamque probavi §. XIX. Diss. I. Duas igitur superstites sententias nunc examinabo, earumque patronos adducam et modeste diiudicabo.

§. VIII.

De die extremo exponunt diem magnum et terribilem in vaticinio nostro nominatum Iudaeorum doctores, prouti non solum ex loco R. *Kimchi* iam adducto (§. II.) patet, sed etiam ex testimonio R. *Abarbanelis* cognosci potest, qui sententiam illam plurimis Iudaeorum sapientibus esse communem testatur, quando scribit, \*) הרמ"בן כתב בשער הגמול אשר לו שיש אצלנו ג' רינים הדין האחר הוא בעולם הזה ביום ראש השנה מדי שנה בשנה ועליו אמר שלשה ספרים נפתחים בראש השנה אחר של צדיקים גמורים ואחר של רשעים גמורים ואחר של בינוניים וגו' וחרין הזה הוא כלכל לגוף בענינים הגשמיים והרעב והדבר והחרב כמו שזכר בתפלת מוסף של אותו היום וחרין השני הוא בצאת הנשמה מן הגוף שהיא נידונה כפי מעשיה אשר עשה אם לזכות לירש גן עדן ואם לחובה לרשת גיהנם ואם היה בינוני יהיה נטיר מן העונגים אחרים עד אשר יוכך נפשו מעונותיה מתוך היסורים אז השם יתכרך וטה כלפי חסד ויחמול עליה וידינה לכף זכות וחרין חג' הוא לעתיד לבוא למתים שיקומו בתחייה וישפטה' כל הקמים מי הוא חייב ומי הוא זכאי וישכיר את הצדיקים ויענוש את הרשעים והוא יום חרין הגדול שקרא הנביא

Iudaeorum doctores nominantur, qui diem istum de iudicio extremo intelligunt.

\*) in Commentar. suo in Daniel. qui inscribitur *Maiene Ieschaab* fol. 47. col. 4. et fol. 48. col. 1. conf. etiam locus, quem ex eius Commentar. in prophetas poster. infra §. XII. adducemus.

הנביא יום ה' הגדול והנורא: i. e. R. Mose bar Nachman scribit in capite suo de retributione, quod nobis immineant tria iudicia. Iudicium primum est in hoc mundo die primo anni singulis annis, et de illo dicitur, quod tres libri aperti sint Dan. VII, 10. ab initio anni, unus continet iustos integros, alter aperte improbos, et alter intermedios etc. Et hoc iudicium respicit tantum corpus in rebus corporalibus, scilicet famem, pestem, et gladium, quemadmodum memoratur in precatione huius diei addititia. Iudicium secundum autem est, quando anima e corpore migrat, ut iudicetur pro ratione actionum suarum, quas fecit, num digna sit ad possidendum paradysum, an vero rea sit ut obtineat Gehennam. Sin autem homo fuit intermedius, tunc detinebitur a beatitudine dies quosdam, usque dum purificetur anima eius ab iniquitatibus suis per castigationes. Tuncaget Deus benedictus secundum benignitatem, et miserebitur eius, eumque iudicabit lance meritorum. Iudicium tertium tandem est, quod eueniet mortuis, qui resurgent in reuiuificatione. Iudicabit nimirum deus omnes resuscitados, siue quis fuerit reus, siue autem fuerit iustus, et remunerabit iustos, et puniet improbos. Et dies hic est iudicium magnum, quem vocauit propheta **DIEM DOMINI MAGNUM ET TERRIBILEM.** Quibus verbis R. Nachmanis adductis ab Abarbanele paullo post additur, זהו דעת הרמ"בן והוא עצמו דעת הגאון רבי סעדיה שקדמו בדעות האלה וגם רבים מחכמי עמנו שהיו לפניו: *Haec est sententia R. Mosche bar Nachman; et haec ipsa etiam sententia fuit excellentissimi Rabbi Saadia, qui istum his in rebus praeiuit, itemque etiam multorum e sapientibus populi nostri, qui fuerunt ante illum et post illum.* Sic etiam cognosci illud potest ex R. Menasse ben Israel Nischmath Chaiim. Postquam enim cap. 17. primi Maamar fol. 44. tres species iudicii a Iudaeis assumtae, quarum vltima post resurrectionem mortuorum fiet, et in qua omnium hominum actiones diiudicabuntur, adductae sunt, itemque auctor iste tres classes hominum iudicandorum nominauit, col. 2. l. c.

ita



וכן פירש רש"י ז"ל שלש כחות ליום הרין יום, מועד הוא לרין הכל הוא שכתוב עליו יום ה' הגדול והנורא:  
 i. e. Sic etiam R. Sal. Iarchi beatae memoriae interpretatus est, quod scilicet tres coetus, tempore iudicii, futuri sint, quodque dies constitutus dies iste sit ad iudicandum omnes, ipseque sit dies de quo scriptum est **DIES DOMINI MAGNVS ET TERRIBILIS.**

§. IX.

Iudaeos ex parte sequuntur patres nonnulli, aliique romanae in primis ecclesiae addicti interpretes, ad quos praeter MALDONATVM, MENOCHIVM, aliosque, pertinet etiam BELLARMINVS \*), et qui in vaticinio nostro aduentum Christi gloriosum ad iudicium extremum quaerunt. Si de ratione quaerimus, cur diem magnum et terribilem a vate sacro nominatum de iudicio vltimo interpretentur, illi respondent, eam ob causam, quod praedicata in aduentum Christi primum non quadrent, siquidem ille non esset terribilis sed acceptabilis potius atque dies salutis. Sed haec ratio est maxime insufficiens, nam primo supra ostendimus (§. XIX. Diff. I.) quod tempus primi aduentus Christi recte omnino dici potuerit dies magnus et terribilis; deinde demonstraui-  
 mus, quod in vaticinio nostro de Iohanne baptista sit sermo (§. XVI. Diff. I. adde in hac. Diff. §. VI.). Cum igitur Iohannes baptista venerit ante primum Christi aduentum in carnem, aduentus hicce etiam in vaticinio nostro, non autem aduentus ad iudicium extremum, in vaticinio nostro intelligendus est.

Consensus interpretum quorundam Christianorum ostenditur, et sententia ipsa reiicitur.

§. X.

De iudicio vltimo in Iudaeos, siue de excidio Hierosolymitico

Sententia altera, secundum

\*) Lib. 3. de R. P. cap. 6. conf. POLI Biblia illustrata V. T. Tom. II, p. Synops. Critic. p. 2077. et CALOVII 1073.

quam iudi- lymitano exponunt diem domini magnum et terribilem A-  
cium in RIAS MONTANVS ad h. l. et HVG. GROTIUS ad h. l. qui  
Hierosoly- sententiae huic ex Act. II, 20. robur accedere putauit. Li-  
mam vlti- cet vero sententia haec praecedenti sit praefenda, postpo-  
mum adfu- nenda tamen est illi, quae diem nostrum ad primum aduen-  
mitur, exa- tum Christi in carnem refert. Quod enim attinet ad colla-  
minatur. tionem loci ex actis apostolorum, ista huc non facit, siqui-  
dem dictum illud potius respicit ad vaticinium Ioelis cap. II,  
32. quod tamen optime etiam de primo christi aduentu in-  
terpretatus est CALOVIVS \*). Deinde sententia haec tum  
effato Christi ipsius, tum etiam angeli Gabrielis testimonio  
repugnat. Gabriel nimirum in oratione ad patrem Iohan-  
nis baptistae directa vaticinium nostrum ad prodromum  
Messiam in munere suo prophetico antecessurum ad con-  
uertendum contumaces ad prudentiam iustorum, aperte re-  
fert, non autem de praecursore iudicii nouissimi a Christo  
contra Iudaeos exerciti exponit. Quodque sententia haec  
etiam ipsi Christo eiusque effato repugnet, contra GROTIUM  
laudatus CALOVIVS \*\*) ita euincit: „e Matth. XVII, 10.  
liquet, scribas ex hoc loco collegisse, quod ante Messiam Elias  
venire debuerit, quod Christus confirmat: sed in Iohanne  
impletum esse dicit vers 11. 12. Quum ergo scribae non  
intellexerint prodromum iudicii nouissimi in Iudaeos, sed pro-  
dromum aduentus Christi, eamque explicationem Christus  
ratam habuerit, Christo repugnant, qui de die excidii Hie-  
rosolymitani intelligunt,,.

## §. XI.

Aliaque  
adhuc isti  
confinis re-  
iicitur.

Sententiam mox reiectam ex parte sequitur b. LANGIVS,  
ita tamen vt non ad solum excidium Hierosolymitanum di-  
em domini magnum et terribilem restringat, sed vltterius eun-  
dem extendat. Sic nimirum de hoc die iudicat: \*\*\*) *Der  
grosse*

\*) vide eius Bibl. illustr. V. T. T. p. 1073.  
El. p. 784. sqq.

\*\*) conf. eius Biblia illustrata l. c. und Recht. ad h. l. p. 627.  
\*\*\*) conf. eius *Prophetisches Licht*

grosse und erschreckliche Tag mit dem Bann über das Erdreich gehet vorläufig auf das Gericht der Römischen Verstärkung der Stadt Ierusalem, und der Verheerung des ganzen Landes; aber dem vollen Nachdrucke nach auf das Gericht des sechsten Siegels wider das geistliche Babel und den Antichrist und seine Reichsgenossen. Sed sicut prima hypothesis ex iis, quae §. praec. monuimus corrui, ita etiam quod insuper a beato viro assumitur rationibus infirmis nititur, quae non sufficiunt ad probandum quod probare debent, ideoque me nondum commouere potuerunt, vt expositioni eius subscriberem.

§. XII.

Progredimur nunc ad recensitionem variarum expositionum de verbis והשיב לב אבות על בנים ולב בנים על אבות, quas breuibus etiam diiudicabimus. Quod per verba ista functio praecursori Messiae peragenda describatur, quilibet facile concedit; non autem varie solum ista transferuntur, sed varius etiam pro varietate versionum assumitur sensus. Audiamus iam primum quosdam Iudaeorum interpretes; qui sicut de munere ab Elia perfungendo, quod verbis hisce innuitur, haud parum discrepant (§. II.), ita etiam in explicatione eorundem maximopere variant. Ex loco tractatus Mischnici *Edaioth* quem §. cit. suppeditauimus, adparet, quod antiquissimi Iudaeorum doctores verba nostra ita exponant, vt pax et concordia Eliae opera inter homines futura indicetur. Hanc doctorum Iudaicorum expositionem adducit quoque ABARBANEL \*), quando scribit, וישלחו השם קודם כוא יזמו הגדול והנורא שהוא יום ידון לכל החי והנביא האלוהי ההוא ישיב לב אבות על בנים ולב בנים על אבותם ופירשו המפרשים שישים אהבה ורצון שלום והסכמת רבה בין בני אדם כולם ומדברי חכמים ז"ל הוא בסוף מסכת עריות i.e. eumque scil. Eliam mittet deus, antequam veniat

Quaedam Iudaeorum interpretationes de conuersione cordis patrum ad filios etc. adducuntur.

C 2 dies

\*) in commentar. ad prophetas posterior. fol. vltim. fac. 1. col. 2.

*dies eius magnus et terribilis, qui est dies iudicii omnium vi-*  
*uentium. Et diuinus hic propheta reducet cor patrum super fi-*  
*lios, et cor filiorum ad patres suos, quod interpretes ita expo-*  
*nunt, ut constituturus sit amorem et cupiditatem pacis atque*  
*concordiam magnam inter omnes homines. Et hoc etiam do-*  
*cent sapientes in fine tractatus Edaioth. Sed suam statim ad-*  
*dit interpretationem, pergens: ויותר נראה לפרש שאם היה*  
*אדם בחיים שמתו בניו יקומו כמצות הנביא הזה וכאשר יראו*  
*האבות את בניהם חיים ויפרסמו להם אמתת הגמול הנפשי*  
*שהוא כפי אמונות התוריות ויאמינו האבות וישיבו לכם אל*  
*השם וכן ישיב לב בנים על אבותם אם היו אבות מתים*  
*והבנים חיים באופן שעל ידי הקמים בתחייה יתישר המין*  
*האנושי בהכרת האל יתברך ואמתת אמונתו כי זהו הכלית*  
*האנושי בהכרת האל יתברך ואמתת אמונתו כי זהו הכלית*  
*i. e. sed potius ita expli-*  
*candum videtur, si nimirum quis adhuc in vita fuerit, cuius*  
*filii sunt mortui, tunc resurgent filii isti iussu prophetae huius,*  
*cum igitur viderint parentes filios suos viuos, qui illis verita-*  
*tem retributionis spiritualis iuxta fidem quam lex exigit an-*  
*nunciabunt; tunc credent parentes et cor suum ad deum con-*  
*uertent. Et sic etiam conuertet cor filiorum ad patres, si ni-*  
*mirum patres fuerint mortui et filii vixerint: ita ut hac ra-*  
*tione per resurgentes in mortuorum suscitatione dirigatur genus*  
*humanum ad cognitionem dei benedicti et ad veram fidem. Nam*  
*hic est verus finis resuscitationis mortuorum, ut aliquoties mo-*  
*nui. Sic etiam R. SALOM. IARCHI in fine commentarii sui*  
*ad Malach. huius antiquiorum doctorum expositionis me-*  
*minit, postquam suam proposuit interpretationem, scribens,*  
*השיב לב אבות לה'כה: על בנים על ידי בנים יאמר לבנים*  
*דרך האבה ורצון לו ודברו אל אבותיכם לאחוז ברכי המקום*  
*וכן ולב בנים על אבות' כך שמעתי משמו של רבי מנחם*  
*ורבותינו דרשוהו במסכ עריות לשום שלום בעולם:*  
*i. e. ET CONVERTET COR PATRVM scil. ad deum*  
*benedictum, AD FILIOS id est per filios. Dicet nimirum E-*  
*lias*

lias ad filios, via amoris et beneplaciti ipsi scil. Deo est, loqui-  
mini itaque ad patres vestros, ut vias supremi amplectantur.  
Et sic etiam intelligenda sunt verba ET COR FILIORVM AD  
PATRES SVOS. Sic audiui sub nomine R. Menachem,  
sed doctores nostri in Tract. Edaioth illud ita interpretantur, ut  
constituat pacem in mundo.

§. XIII.

Sic igitur patet quod R. SALIARCHI aequae ac R. ISAAC DON ABARBANEL particulam על ita interpretentur, ut cau-  
sam instrumentalem indicet, adeoque idem sit ac על ידי per  
sive per ministerium, ope, itemque quod vterque suppleat ad  
Deum, atque sic obiectum conuersionis per ellypsin assumat.  
Sed ut alia incommoda iam taceam, quae contra Abarbane-  
lem ex parte indicat b. FRISCHMUTHVS noster\*), hoc tan-  
tum in praesentia monebimus, quod in nostra interpreta-  
tione §. XX. Diff. I. significatus particulae longe vsitatior et  
frequentissimus super, ad, retineatur, quodque nulla ellypsis  
admittatur, adeoque vel ex his etiam rationibus iam sit prae-  
ferenda. Quod vero attinet ad antiquiorum apud Iudaeos  
doctorum sententiam, qui verba nostra de restitutione pacis  
in mundo ab Elia procurata exponunt; in illa aliquid veri  
est, si ita explicetur, quod hisce verbis immediate doceatur  
conciliatio animorum et studium Iohannis de amore mutuo  
promouendo. Sed 1) in hoc non consistendum sed vlte-  
rius progrediendum est, si quis sensum completum eruere  
velit, prouti supra §. cit. ostendimus. 2) multi Iudaeorum  
pro opinione sua de regno Messiae terreno praeconcep-  
ta terrenam etiam pacem hic intelligunt, et Eliam tanquam du-  
cem belli repraesentant, qui hostes ipsorum sit, profligatu-  
rus. Cum vero per Eliam Iohannes baptista indicetur (§.  
VI. coll. §. XVI. Diff. I.); in istum vero hoc non quadret  
C 3 (§. XXV.

Eademque  
examinan-  
tur ac reii-  
ciuntur.

\*) vide eius Dissert. de Eliae praestolantur aduentu cap. II. §. 7.  
quem Iudaei etiam num frustra sqq.

(§. XXV. Diff. I.); hanc expositionem non possumus admittere. Sin autem 3) per constitutionem pacis in mundo alii intelligunt harmoniam in doctrina inter Iudaeos ab Elia procurandam, huius etiam sententiae diiudicationem in sequentibus proferemus; statimque monebimus, quod inter alios R. SCHIMEON sententiae huic faueat, sicut ex R. BARTENORAE commentario ad Mischn. Tract. Edaioth in fine cognosci potest. \*).

## §. XIV.

Alia expositio Iudaeorum aequae ac christianorum interpretum adducitur et examinatur.

Alii Iudaeorum magistri licet cum ABARBANELE et RASCHI obiectum conuersionis suppleant, in eo tamen ab illis discrepant, quod particulae על significatum particulae עם tribuant, eamque ideo vertant cum. Et huc pertinent R. ABEN-ESRA \*\*), R. DAVID KIMCHI \*\*\*), et R. SALOM. BEN MELECH \*). Hic nimirum ad verba textus על בנים כמו עם בנים וכן לב בנים על אבותם כמו עם על בנים יחדו; idem significant ac עם בנים cum filiis, itemque, cor filiorum AD PATRES SVOS idem est ac cum patribus suis, ac si dictum fuisset, patres et filios simul. Ille vero ad verba nostra scribit,

\*) Ita nimirum R. OBAD. DE BARTENORA verba Mischnae לקרב לקרב אבל לא לרחק המשפחה הכשרה שנתרחקה, בזרוע הוא מקרב אבל אינו מרחק אותה שנתקרבה בזרוע שנאמר והשיב לב אבות על בנים שעדיה לומר ברוח הקדש זה מבני בניו של זה ולדברי ר"ש אבות אלו חכמים ובנים אלו התלמידים שיהיה לב כולן שוה ולא יפורל ביניהן מחלוקת i. e. familiam legitimam quae vi semota fuerat, denuo admouebit. Sed non

semouebit eam quae antea vi admota fuerat, quemadmodum scriptum est et reducet cor patrum ad filios, ostensurus est spiritus sancti afflatu, ex quam quisque familia sit prognatus. Sed secundum R. Schimeonis sententiam per patres intelligendi sunt doctores, et filii sunt discipuli, ita ut futurum sit cor omnium istorum unum, neque inter eos sit controuersia.

\*\*) in Commentar. suo ad h. l. in Bibl. Buxtorf. fol. 705.

\*\*\*), in Comment. suo ad h. l. in Bibl. Buxtorf. fol. 695. col. 2 circa fin.

\*) in Michlal Iophi fol. 164. col. 1. fac. 1.

scribit, והוא יזהר האבות והבנים יחדיו לשוב ככל לב אל השם והשבים ינצלו מיום המשפט וזהו שאמ' והשוב לב אבות על בנים כמו עם בנים וכן לב בנים על אבות כמו עם אבות: i. e. *et hic scil. Elias admonebit patres et filios simul, vt conuertant se toto corde ad deum, vt conuersi eripiantur a die iudicii. Et hoc indicatur quando dicitur ET CONVERTET COR PATRVM AD FILIOS, id est, cum filiis, itemque COR FILIORVM AD PATRES SVOS, id est, cum patribus suis, ac si dictum esset patres et filios simul.* Et quod iste tandem cum his conueniat, testantur verba eius sequentia, והשוב כדרך יהיה לי עליכם לבב ליחר והפך זה בן מנכל אב והנה כולם יהיו לב אחד לשוב: i. e. *ET CONVERTET eodem modo sicut* (1. Chron. XII, 17) *erit mihi vobiscum cor in adunatione, contrarium vero huius est* (Mich. VII, 6.) *filius vilipendit patrem, ita vt ecce omnes sint cor vnum, vt conuertantur ad deum patres et filii.* Hunc significatum particulae על tributum multi etiam ex interpretibus christianis acceperunt, in quorum numerum referendi sunt LVDOVICVS DE DIEV\*), BRANDAN. HENR. GEBHARDI\*\*), NORTONVS KNATCHBVLL\*\*\*), CHRISTIAN. NOLDIVS\*), NIC. KOEPPENIVS\*\*). In hac expositione laudandum est, quod patres et filii in significato proprio de hominibus coetaneis intelligantur, quodque totus loquendi modus de conuersione istorum ad deum explicetur; interim tamen in illa iterum sine necessitate 1) significatus vltimior particulae על deferitur\*\*\*) et 2) aliquid per ellypsin assumitur, cui 3) contra interpretes Christianos

\*) vide eius Animaduersionem ad Luc. I, 17.  
 \*\*) conf. eius Commentarius ad h. l. p. 1586.  
 \*\*\*) vide eius Animaduersionem in libros N. T. ad Luc. I, 17. p. 26.  
 \*) conf. eius Concord. partic. in annotat. in fine adiectis, annot. 1047.

\*\*) in ore angeli domini obseru. 79.  
 \*\*\*) Equidem cum b. STÖCKIO in obseruat. suis ad N. T. p. 414. asserere nolo, quod על nusquam significet cum, interim tamen hoc negari non potest, quod significatus eius frequentissimus sit super, et ad.

nos in specie accedit, quod praepositio Graeca *επι*, cum accusatiuo constructa nullibi in significatione *cum* reperiatur.\*)

## §. XV.

Monitum  
circa alias  
explicatio-  
nes vocum  
nostrarum  
recensendas  
praemittitur, i-  
staeque ad  
duas classes  
reuocantur.

Quod ad reliquas interpretum christianorum expositiones, quae nunc adducendae sunt, attinet; fatendum quidem est, quod plurimi omnino, si non omnes, verba vaticinii nostri de conuersione hominum ad deum exponant, sed quomodo conuersio illa ad deum ex verbis hisce eruatur multum certe discrepant. Ne tamen recensio variorum istorum explicandi modorum taedium afferat, et lectoris beneuoli attentionem turbet, fastidium illud ita leuare adlaborabimus, vt in duas classes explicaciones interpretum praecipuas redacturi simus. Ad primam nimirum classem referendi sunt, quibus placent allegoriae, quique patres et filios improprie tales assumunt. Alteram autem classem illi constituent, qui patres et filios coaetaneos eandem terram incolentes iisdemque sceleribus contaminatos intelligunt.

## §. XVI.

Illi primum no-  
minantur,  
qui ad pri-  
mam clas-  
sem perti-  
nent.

Primum igitur iam audiendae sunt expositiones eorum qui patres et filios non proprie accipiunt; ad quos ex veteribus *AVGVSTINVS*, *HIERONYMVS* et *THEODORETVS* pertinent \*\*). Sic nimirum *modo* per patrem intelligunt deum, et filios interpretantur de hominibus qui spiritum adoptionis acceperunt, ita vt *vel* innuatur, fore, vt ope Iohannis baptistae Iudaei et Christiani, qui nunc inter se discrepant, pari in Christum religione consentiant, *vel* vt conuersio cordis dei patris ad filium suum, et hominis credentis ad homi-

\*) Obseruarunt hoc *IOH. FRID. HOMBERGK* in parergis saer. ad l. c. p. 115. et *LAMB. BOS* in Exercit. suis p. 27. quibus consentiunt *b. STOCKIUS* noster l. c. et *b. WOLFIVS* in *Curis critic. et philol. ad Luc. 1,17.* p. 555.

\*\*) conf. *IOH. MARCKIUS* in Commentario in 12. prophetas minores p. 1299. et in exercit. Iuuen. Diff. XVI. §. 22. *ABRAH. GALOVIUS* in *Bibl. Illustr. V. T. Tom. II.* p. 1074.



hominem Christum indicetur; modo per patres intelligunt Abrahamum, Isaacum, Iacobum omnesque patriarchas atque prophetas, per filios vero Iudaeos tanquam eorum posteros, ita ut *vel* indicetur, fore, ut per ministerium Iohannis intelligentia prophetarum, in quibus erat et ipse Moses, producat in Iudaeis, hique in id quod senserunt illi, consentiant, et eodem modo, quo illi, legem intelligant, *vel* ut doceatur, Iohannem effecturum esse, ut Iudaei credant in dominum saluatorem, in quem et illi crediderunt. A qua ultima expositione non multum recedit interpretatio illa, quam pauco abhinc tempore vir celeberrimus, cuius amorem, nomen et merita, magni semper faciam, nobiscum communicavit, de propositione nostra *ut conuertat cor patrum ad liberos, et cor liberorum ad patres*, scribens: „ in priori propositione per liberos Christum et apostolos, ut e Iudaeis ortos, et per patres seniores et doctores Iudaeorum, qui saepe patres dicuntur; in posteriore autem per patres patriarchas, Abrahamum, Isaacum, Iacobum, Daudem prophetasque, per liberos vero Iudaeos, tempore Christi viuentes, ut istorum posteros, intelligo, ut sensus sit: Iohannem baptistam Iudaeorum seniores atque doctores ad doctrinam Christi et apostolorum, simulque ad ipsum Iesum ut Messiam, praeconio suo ducturum, sicque ad consensum fidei cum patriarchis atque prophetis, qui omnes Messiam saluatorem expectarunt, reducturum esse,„ Sic etiam parum discrepat b. LANGIUS, cuius expositio *in Prophetischen Licht und Recht* haec est: „ Welche - - Worte - - sich wohl am füglichsten also deuten lassen, daß man durch die Väter die Patriarchen, durch die Kinder ihre späteste Nachkommen in der glaubigen Iudenschaft verstehe, und die Bekehrung der Väter zu den Kindern deute, daß die Väter dermaleins in der Herrlichkeit mit Freuden die Bekehrung ihrer Kinder erfahren würden. Denn da sich die Engel im Himmel freuen über einen Sünder auf Erden der Bussé thut Luc. XV, 7. 10. wie solte man solches nicht vielmehr von den Patriarchen, in Ansehung ihrer glaubigen

D

Nach-

Nachkommenschaft sagen können? Und wenn denn nun die Kinder ihren glaubigen Vätern gleich, und als abgebrochene Zweige in ihren rechten Oelbaum wieder eingepfropfet werden, nach Rom. XI, 17. u. f. und nach Luc. I, 17. zur Klugheit der Gerechten kommen, so werden sie bekehret zu ihren Vätern. Ob nun gleich dieses letztere sich von den Kindern gegen die Eltern füglich sagen läßt, als von den Eltern gegen ihre Kinder; so ist es doch aber auch an sich nicht unfüglich, daß die Patriarchen dermaleins, nach dem Grunde der Bekehrung bey ihren Nachkommen, zu ihnen in der innigsten Neigung zu vielem Lobe Gottes gekehret stehen werden,,. Quibus adhuc COCCIVM addimus, qui tertio, inquit, docet finem missionis Eliae, vt sua doctrina vocet Israelitas ad poenitentiam et fidem euangelii, quippe Christo iam dato et mox reuelando; quod dicit reducere cor patrum ad filios, ne scil. Abrahamum et caeteros puderet filiorum suorum Ies. XXIX. 22. 23. et cor filiorum ad patres, hoc est, filios ad sensum iustorum siue ad fidem ipsorum. Quomodo hoc facturum sit, quaeris? Quando prophetia alia filet, intelligitur, eum hoc facturum demonstratione e lege sine miraculis, sola indigitatione, Messiae promissi, tum per testimonium de eius persona et officio, tum per testimonium de eius exhibitione, tum per illius definitionem, secundum verbum dei ad se et apparitionem spiritus sancti super ipsum descendentis in symbolo columbae. Qui descensus egregie ἀναλογεῖ descensui ignis coelestis in altare lapideum ad petitionem Eliae.

## §. XVII.

Eorumque  
sententia  
reiiicitur.

Sed eiusmodi expositiones licet ingenium patronorum suorum declarent, aliorum tamen calculum non obtinuerunt, quippe qui monuerunt potius, quod significatus vocum primus et proprius sine necessitate relinquatur. \*) Nec ea hic reli-

\*) Sic. v. g. IOH. MARCKIVS in Exercit. Iuuen. Disput. XVI. §. 2. adductis quibusdam eiusmodi expositionibus, quae omnia, ait, vtvt doctissimis partim interpretibus probata, speciose dicta fateor, attamen iusta soliditate

reliquis praeferenda erit interpretatio, quod pace viri celeberrimi dictum sit, in qua voces eadem aliter in priorē atque aliter in posteriore propositione sumuntur; quia auctor perspicuitati studens non ita facile instituit sermonem, ut in duabus propositionibus immediate se inuicem sequentibus easdem adhibeat voces, iisque tamen significationes longe diuersas tribuat. Nec est, quod quis pro defendenda hac expositione regerat, ipsam harum vocum interpretationem ab angelo Luc. I, 17. institutam confirmare expositionem istam. Si enim forsitan dicere velit, quod ex omissione posterioris propositionis et substitutione aliarum vocum pateret, in posteriori propositione alias vocibus respondere significationes; negabo consequentiam, quia aliae rationes omissionis et substitutionis iam sunt adductae (§. XXI. Dissert. I.), et in adducendis propositionibus pluribus non commode aliqua omitti potest, nisi idem illa significet, quod per quandam ex reliquis indicatur.

§. XVIII.

Adprobamus igitur eorum sententiam, qui patres et filios magis proprie de hominibus coetaneis interpretantur, et ad secundam nostram classē pertinent (§. XV.). Pro nostra nimirum sententia homines coetanei omnino sunt assumendi, ita ut combinatio patrum et filiorum, tanquam magnorum et paruorum insignem copiam exprimat, et de conuersione horum improborum omnium promouenda sollicitus fuerit Iohannes (§. XX. Diss. I.) \*) Et hoc exinde etiam confirmari poterit, quod Matthaeus et Marcus ad locum nostrum respicientes nulla prorsus facta mentione vel

Transitus ad producendam eorum sententiam, qui ad secundam classē referendi sunt, ostenditur.

D 2

patrum

*tate destituta esse autumo. Et si quid video, de patribus et filiis coetaneis hic agitur, eandem terram incolentibus, iisdem sceleribus contaminatis, hinc quibus utrisque conuertendis operam daturus erat Elias. Adde eius Commentar. in 12. proph. min. p. 1300.*

\*) Quibus iam addas, quod repetitio in posteriori propositione facta sit ad emphasin et augmentum indicandum conf. §. 16. et §. 169. Interpr. Danz. sicut germanice etiam dicimus: *Iung und alt, alt und iung (i. e. alle) liegen im Verderben.*

patrum vel filiorum solum verbum LXX. interpr. ἀποκατα-  
 στήσει retinuerint, eique pro vberiori explicatione vocem  
 πάντα adiecerint. Ita vero vterius ex locutione in textu  
 obuia studium Iohannis supra descriptum, quo homines istos  
 ad poenitentiam atque fidem in Christum et amorem inde  
 sequentem, perducere conatus est, eruimus, vt nullam ellyp-  
 sin, quam omnes fere huc pertinentes interpretes admittunt,  
 adsumserimus, vtque significatus vocum vsitatissimus, scopus  
 textus, et parallelismus realis pro nobis militent \*). Luben-  
 ter tamen omnino fateor, quod ansam mihi hanc ingredien-  
 di viam, dederit TARNOVIVS, quando ad locum nostrum  
 annotavit \*\*), „vt conuertat cor patrum ad filios et cor filiorum  
 ad patres ipsorum, quid ita? cur non potius ad Deum? O-  
 mnino id implicite notatur, siquidem nulla vera est concor-  
 dia et amor erga proximum, nisi vbi fides in Deum in cor-  
 de praelucet vide Luc. I, 17. et Deus vult a coetu vnanimi  
 laudari et coli Act. II, 1. et IV, 24. 32. Rom. XV, 11. ex Psalm  
 CXVII, 1. quum diabolus alias sub initium Euangelii et sem-  
 per, quando id praedicatur, hoc egerit, vt discordem red-  
 dat hominem contra patrem suum, et filiam erga matrem,  
 imo vt inimici cuiusque fidelis sint ipsius domestici Mich. VII,  
 6. Matth. X, 34. 35. 36. Erat igitur hoc quam maxime ne-  
 cessarium, vt inter se conciliarentur, qui dissidebant prius, quam  
 ad sanctorum communionem admitterentur,,

## §. XIX.

In specie  
 explicatio  
 Genselia-  
 na indica-  
 tur.

Sic etiam ad illos, qui patres et filios in significato pri-  
 mo et proprio interpretantur, pertinet summe Reuerendus  
 IOH. CHRIST. GENSELIUS \*\*\*), ab omnibus tamen reliquis  
 in eo recedit, quod particulae ὑ significatum *contra* tri-  
 buat,

\*) Adde, quod foecunditas scriptu-  
 rae, diligenter vbiuis inquirenda, ex-  
 plicationem nostram confirmet. conf.  
 S. Ven. BAUMGARTENII *Unterricht*  
*von Auslegung der heiligen Schrift*  
 cap. I. §. 12.

\*\*) in commentar. suo in 12. pro-  
 phet. minor. p. 1663. ad cuius verba  
 observamus, quod eadem verba IAC.  
 RAUPPIVS in commentar. synopt. ad  
 h. l. p. 479. repetierit.

\*\*\*) in obseruat. sacr. pag. 117. sqq.

buat, atque sic nouam tradat explicationem, quam integram  
 ipsis eius verbis exhibebimus, quia obseruationes eius non  
 in omnium sunt manibus. Postquam nimirum Vir doctif-  
 simus quatuor rationes, quas ille quidem mouentes agno-  
 uit, nouam instituendi expositionem, suppeditauit, in §. VII.  
 et VIII. l. c. interpretationem suam proponit verbis hisce:  
 „Breuibus ergo dabo meae, circa haec verba, sententiae ex-  
 „plicationem. Iohannes praecursor Messiae adparuit eum  
 „in finem, vt praeparet homines ad receptionem regni, cu-  
 „ius rex erat Messias, spiritualis mox reuelandi; reddere de-  
 „bebat domino populum praeparatum; prout apud Lucam  
 „cap. I, 17. ipse docet angelus. Nunc autem sospitator dile-  
 „ctissimus, discipulis suis recens electis, huius sui regni qua-  
 „litem descripturus Matth. X, 21. 35. se venisse ait, vt con-  
 „citet hominem contra cognatos ipsi propinqua cognatione;  
 „non quasi princeps iste pacis, delectaretur odio et bello o-  
 „mnium contra omnes: absit cogitemus, ne dicamus! aliter  
 „se res habet: quia scilicet non omnes, quod tamen optaue-  
 „rat seruo et voluerat Iesus, doctrinam de via salutis per Ie-  
 „sum essent recepturi, et Satanae regnum relicturi, sed po-  
 „tius omnibus, queis poterant, viribus, salutiferum euangeli-  
 „um istud oppressuri; hinc non defuturos parentes et fi-  
 „lios, qui, amore pharisaicae doctrinae quanti quanti flagran-  
 „tes odio erga se inuicem mutuo exarsuri, ferro et igne, ver-  
 „bis et operibus, lingua et manibus essent persecuturi, quo  
 „scilicet alter alterum ab accessu ad regnum istud spirituale ar-  
 „ceret. Cum autem Iohannis esset officium, homines ad re-  
 „gnum istud praeparare; hinc coniectu est facillimum, hac  
 „ipsa sua opera odium istud, passim, inter parentes et filios,  
 „moueri, ipsumque, saluberrima, de hominum salute, consilia  
 „suppeditantem; occasionem simul instrumentis Satanae  
 „praebiturum, qua accepta, odia inter Iudaeos, et bella do-  
 „mestica excitare, impurus ille, veritatis et salutis hominum  
 „hostis infernalis, satagebat.

„Hoc supposito, et ex historia eius aetatis satis noto, a

„complemento retrogrediens ad vaticinium, haec omnia praedicata arguo; debebat nimirum, iuxta verba prophetae, Elias iste promissus, in persona Iohannis exhibitus, *corda patrum* conuertere aduersus filios, et filiorum aduersus patres, i.e. debebat femina spargere regni messiani, et hac ratione praecursoris officio rite fungi, quo ipso effici debebat, ut membra regni diabolici, contra fideles Christi subditos sefferentia hos odio persequerentur vatiniano, et instar hostium haberent, adeo ut nec corda patrum et filiorum, quae tamen sanguis ipse coniuncta vult, ab eiusmodi dissidio exempta existerent, Post haec Vir Sum. Reuer. sententiam suam aliis commendat, et ex idiotismorum indole ostendit, quod verbum *שוב* significationem compositi exprimere ac *conuertere* et, quod pro synonymo habet, *concitare* verti possit, quodque particula *על* significare queat *contra, aduersus, erga* Tuncque addit: „in constructione autem verbi *שוב* cum *על* non locum habere significationem conuersionis ad aliquem sed contra aliquem, adeoque denotare conuertere, concitare aduersus seu erga aliquem, adparet ex omnibus istis locis, vbi manus dei contra inimicos conuersa dicitur, e.g. Amos I, 8. vbi *שוב* cum *על* constructum, rectissime ab ipso Lutero translatum est: conuertam manum meam contra Ekron. Et quid multa allegatione opus est? experientia satis corroborat assertum, „

## §. XX.

Eademque  
modeste  
examina-  
tur.

Ad hanc explicationem, quod pace Viri Summe Reu. fiat, monemus, α) quod vsitatior et frequentissimus significatus particulae *על* *super* sine ratione sufficiente deseratur \*). β) quod

\*) Equidem lubentissime concedo, quod *על* etiam significet *contra* §. 120. I, 3. interpr. Danz. attamen significatus *super*, et ad significationi formali magis respondet conf. §. XX. Diss. I. et NOLDIVS l. c. annot. 1740. p. 928. et frequentissimus est; ideoque hic etiam praeferrri debet. Minime

enim veritati conueniunt, quae doctis. GENSELIVS de constructione huius particulae cum verbo *שוב* monuit. Hoc omnino verum est, quod particula nostra cum verbo *שוב* in Hiph. constructa, quando manus dei conuersa dicitur, apud Amos 1, 8. itemque Ies. 1, 25. Ezech. 38. 12. Psalm 81, 15. signi-

β) quod significatio actiua verbi *conuertere* sine necessitate hic de occasione huius actionis tantum exponatur, ita vt conuertere cor patrum contra filios indicet occasionem dare vt per membra regni diabolici odium inter cognatos etiam oriatur, quodque non statim *conuertere* et *concitare* pro synonymis haberi debeant. γ) quod explicatio eius non satis commode cum verbis sequentibus connecti possit. δ) quod rationes eius, quae eum ad nouam explicationem instituentiam mouerunt, non sint satis firmas, et nostram expositionem §. XX. Diss. I. prolatam non feriant. Sunt nimirum sequentes: 1) *si qua inter homines facta, et ex mandato diuino fieri debuit, conuersio i. e. poenitentia, is ad quem a peccatis conuerti debent, non amplius quisquam hominum, sed Deus, isque solus viuus et verus, coelorum terrarumque dominus monstratur: qui alias esse potuisset in hac per Iohannem futura conuersione, h. l. praesignificata, iuxta quam homines ad homines conuerterentur? Eandem quoque ob causam angelus natiuitatem Iohannis, Zachariae patri, annuntians, conuersionem ad dominum, ab altera ista, in verbis Malachiae notata, solertissimus distinguit, prout Lucas Cap. I, 16. 17. litterarum monumentis consignauit.* Sed respondetur: recte omnino ad solum verum deum conuersio fieri debet, non autem secundum expositionem nostram conuersio hominis ad hominem, sed conuersio hominum ad dominum in verbis textus nostri docetur, ita nimirum vt per illa amor verus immediate, mediate vero conuersio omnium innuatur. Quod vero Vir doctissimus putet

15. significet contra, sed et in eadem constructione significat *super*, non autem *contra* Zachar. 13, 7. vbi de congregatione ouium Christi sermo est, et *והשיבותי ידי על הצערים* *reducam manum meam super paruulos*, idem est, ac congregabo illos et congregatos conseruabo illos conf. TARNOVII Commentar. ad h. l. p. 1571. Praeterea eadem particula cum *שוב* in Hiph. constructa in aliis ca-

sibus vbiuis ferme non significat *contra* sed potius *ad*, *super*, v.g. Gen. 40, 13. *והשיבך על כנך* et reducet siue restituet te ad stationem tuam, Ierem. 16, 15. *והשיבותים על ארמתם* et reducam illos ad terram suam. adde Genes. 41, 13. 2 Sam. 16, 8. Ies. 46, 8. Ierem. 16, 15. 23, 3. 24, 6. Habak. 2, 1. Psalm 94, 2. Exod. 15, 19. 2 Chron. 32, 25.

putet, Gabrielem conuersionem ad dominum a conuersione in dicto nostro indicata distinguere, tantum abest vt concedamus, vt omnino potius asseramus, angelum clarissime docere, quod verba dicti nostri de conuersione ad dominum sint explicanda. Est nimirum particula καὶ post verba ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα occurrens vertenda explanatiue *id est*, (§. XXI. Diff. I.) vel etiam causaliter *nam*, ita vt angelus probationem asserti sui v. 16. e vaticinio Malachiae suppeditet v. 17. simulque expositionem vocum apud Malachiam obuiarum doceat. 2) *Quando verbum שׁוּב ex intentione spiritus s. conuersionem ad aliquem docere debet, non constructum istud deprehendimus cum particula עַל, uti hoc loco apud Malachiam, sed cum אֵל: id quod satis euictum apparebit omnibus, qui attenti sacras literas peruoluere solent, imo ipse Malachias, interiectis versiculis, ante nostrum, paucis, scil. cap. III, 7. eadem huius verbi constructione utitur.* Respondetur: hoc est falsum, quod verbum שׁוּב, quando significare debet *conuertere* seu *reducere aliquem ad aliquid*, non construatur cum עַל, siquidem potius attento scripturae lectori notum erit, quod de vna eademque re eodem plane sensu mox אֵל mox עַל in eiusmodi constructione adhibeatur. Sic enim v. g. Ier. XXIV, 6. legitur והשיבותים על הארץ, et cap. XXX, 3. dicitur והשיבותים אל הארץ *et reducam illos ad terram.* 3) *non video, quomodo corda patrum et filiorum ad se inuicem hac, quam vult ista sententia, ratione fuerint per Iohannem conuersa, cum potius tunc degentes Iudaeos, a patribus, et patrum suorum traditionibus, auertere, et ad Christum adducere conabatur: quae eadem ratio valet, si ad patres spirituales, i. e. doctores Iudaicos, applicare velis; hos enim viperarum genimina salutat Iohannes, quos itidem, vt alios, qui liberorum nomine venire possunt, doctrinam et mores modernos iubet deserere, et veritatem euangelicam amplecti.* Respondetur: Nullus interpretum Christianorum, quantum nouimus, asseruit, quod per verba nostra indicetur, Iohannem ad laborandum esse, vt filios ad patrum suorum traditiones, aut ad recentiorum doctorum

ctorum



doctorum Iudaicorum doctrinam et mores homines conuerteret, sed pro nostra etiam explicatione aliter plane res se habet. Adeoque Vir S. R. sententiam quandam pro lubitu finxisse, aliisque tribuisse, videtur. 4) *ad priscos si applicare velis, Iudaeorum maiores, qui veram puramque doctrinam, vitamque sanctam, sectabantur, iterum omni difficultate expeditum te non videbis: licet enim modus, filiorum corda ad istos conuertendi, maxime esset comprehensibilis, alia tamen remanet difficultas, quomodo scil. patrum, pridem defunctorum, inter sanctos coelites degentium, ad hos suos filios s. posteros, fieri potuit et debuit conuersio, quippe qui iuxta Ies. LXIII, 16. nec nouerant, nec sciebant Israelitas, Iohannis tempore viuentes?* Respondetur: Hoc omnino verum est, quod sine causa ad patriarchas quidam confugerint, eosque per patres intellexerint (vid. §. XV.). Sed haec obiectio quosdam tantum ferit, nec ex illa adhuc sequitur necessitas explicationem Genselianam, expositioni angeli non recte conuenientem, assumendi.

§. XXI.

Sic tandem alios quoque adhuc notabimus, qui patres et filios de hominibus coaetaneis exponunt, sed per conuersionem cordis patrum ad liberos, et cordis liberorum ad patres ipsorum intelligunt harmoniam in doctrina inter Iudaeos ab Elia procurandam. Quod interpretes quidam Iudaici ita exposuerint locutionem nostram, iam supra indicauimus (§. XIII.); e Christianis vero ad harmoniam illam praeter alios respexerunt IOH. MARCKIUS in Exercit. Iuuen. Disp. XVI. §. 13. et HERM. WITSIUS in Miscell. sacr. Tom. II. Exercit. XV, §. 47. Et huc etiam GROTIUS iudaizans ex parte pertinet, quando ad verba, *et conuertet cor patrum ad filios et cor filiorum ad patres eorum*, annotat: „post tempora Maccabaeorum ad Christi tempora agitata fuerat Iudaea non discordiis tantum, sed et bellis ciuilibus, quorum breuis memoria apud Tacitum est Historiarum V. exactior apud Iosephum: sectae praeterea Sadducaeos a Phari-

Ac tandem illa expositio additur, secundum quam per voces nostras harmonia in doctrina intelligitur, eademque diiudicatur.

E

faeis

faeis et inter hos uouae sectae Hillelis et Sameae populum distraxerant. Iohannes incipiet his malis adferre remedia, caritatis instilians praecepta, Luc. III, 11. et ad vnum magistrum omnes remittens Matth. III, 11. Marc. I, 7. Luc. III, 16. Ioh. I, 15., Contra hanc expositionem Grotianam recte iam monuit CALOVIUS in Bibl. illustr. V. T. T. II. p. 1074. quod verba ista ad dissidia post tempora Maccabaeorum ad Christi tempora agitata, componenda, et sectas Sadducaeorum et Pharisaeorum tollendas, restringi non debeant. Quibus addimus, quod generatim in sola concordia et harmonia ista in doctrina non sit subsistendum, et quod e contrario eiusmodi harmonia rite intellecta cum nostra expositione in summa sit harmonia; nam nostra expositio illam includit. Sic vero harmoniam illam sensu tolerabiliori explicat Calouius, quando l.c. p. 1075. scribit: *Simplicior eorum est explicatio, qui censent hac phrasi non aliud significari, quam omnes tam patres quam filios ad vnam fidem et religionem conuertendos, q. dicat: Elias conuertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres, id est, faciet vt patres et filii habeant vnum cor; id est sint vnanimes in fide et amore Dei, vt vno communi corde et animo patres cum filiis et filii cum patribus, id est, tam maiores quam minores Christum recipiant et colant.*



NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
MAVR. GVOLFG. CHRIST. HANFFIO,

S. P. D.

*IO. GEORGIUS WALCHIVS.*

**H**aud leue de te laetandi prae me habere, semper mihi visus sum, argumentum cum ob singularem tuam industriam; nec vulgarem in sanctioribus disciplinis ardorem; tum ob probos tuos mores, quorum commendatio in docto ac diligenti iuvene eo maior est, quo rarius hodie cernitur suauissima illa eruditionis et pietatis consociatio et quo tutius, vtraque coniuncta, iter paratur ad veram ac constantem futuram felicitatem. Quam de te conceptam spem haud irritam fore luculento specimine nunc demonstras ac in arenam descendis, vt ibi doctrinam et diligentiam tuam publice ostendas, cuius quot in te sunt praeclarae opes, tot quoque vt metere aliquando possis fructus, tot consequi praemia, ex animo precor, teque tuarumque rerum statum supremi numinis gratiae supplex commendo. Ienae, d. X. April. clo lccc lxx.

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
MAVRITIO WOLFGANGO CHRIST. HANFFIO,

Coburgensi,

S. P. D.

*IOH. GOTTFR. TYMPIVS*

Lingg. sacr. et oriental. rel. P. P. O.

**Q**uum ante hos tres annos, in hac Academia sanctioribus literis operaturus, me conuenires primum, non sine voluptate animus praesagiebat mihi, fore vt in studiis orientalibus longiores, quam fieri vulgo solet, faceres progressus. Intelligebam enim TE non leuiter adpersum Ebraicis literis ad nos accedere, et ardens TVVM ad altiora enitendi propositum laetus simul intuebar. Nec vanum me augurum fuisse TVVS deinceps, cum te disciplinae meae committeres, labor indefessus, quem diuinorum vatum oraculis et poetarum sacrorum monumentis penitus intelligendis impendisti, quemque in Rabbinorum commentaria excutienda atque Arabicae quoque linguae fundamenta rite iacienda insumisti, abunde declarauit. Praesidia TIBI, hanc studiorum

E 2

TVORVM

TVORVM rationem ingressus, comparasti firmissima, quibus foliis sublimioris scientiae religionis nostrae sanctissimae praecepta statuminari possunt atque communiri, et quibus qui destituuntur vix nomen, decus autem et gloriam peritorum Theologiae neutiquam tuentur. Immotum enim Scripturarum fundamentum tam arduo aedificio est substruendum ne ruat et collabatur, non arena fluxa et instabilis supponenda. Quam assiduus autem in hac palaestra per triennium fueris, et quid in arte interpretandi diuina effata omnino promoueris, a TE docte elaborata dissertatio, quam binis vicibus in publico conflictu defendendam instituisti, praeclare docere quemuis potest. Gratulor igitur TIBI impensum exantlatos in hoc laudis cursu labores, tum hoc eruditionis TVAE documentum egregium, et mihi valde gaudeo quod mea quoque in te formando opera non frustra sit collocata. Numen autem immortale TIBI porro vires ac facultatem largiatur gratiosissime, ut, quae adhuc comportasti bonae mentis omnisque virtutis verae ac literarum praestantissimarum alimenta, ad vsus amplissimos rei christianae atque eruditi orbis TVAE commoda propediem promere atque adhibere sine offensione queas. Caeterum bene valeas, resque tuas ex voto agas, utque amare me pergas vehementer rogo. Scribebam in Academia Ienensi. d. VIII Aprilis. clo Idcc LII.

CLARISSIMO ATQUE DOCTISSIMO  
MAVRIT. WOLFG. CHRIST. HANFFIO

S. D. P.

CAROLVS GOTTHELF MULLERVS P.P.O.

Itaque ergo, quam exquisitae tibi aperuit eruditionis gloria, ascendis denuo cathedram; ita Gymnicorum instar, multa vtentium exercitatione, alterum inis vultu certamen imperterritito: quippe cum comitem inuicta se Tibi obtulit sapientia. Cuius Te adeo impleuit ardore honor, nuperi praemium certaminis, ut, de victoria certus, vel maxime a diuinae hostibus veritatis reportare nouam auderes sapienter victoriam. Si, quod *Seneca* de virtute pronunciat, verum est, quae nullo non, viuo et mortuo, gratiam referat, qui bona illam sequutus est fide: non mihi possum temperare, quo minus ad sapientiam

enti-

entiam, almam virtutis genitricem, aequae, ac altricem fidelis-  
simam, eleganter dictum transferam. Tuo exemplo, *amice*  
*laudatissime*, quibus Te suum cumulavit cultorem sapientia, do-  
na comprobes munificentiae, felicitatis omnino omnis orna-  
mentis condecoratus. Ienae ad d. XII. Aprilis anno cdo 1700 LII.

NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
MAVRIT. WOLFG. CHRISTIAN. HANFFIO,

S. P. D.

IOANN. ERN. IMM. WALCHIVS.

Nescio sane, vtrum TIBI, VIR NOBILISSIME; an pa-  
triae magis debeam gratulari, TIBI, quod tot praecla-  
ris eruditionis ac liberalis doctrinae praesidiis TE video in-  
structum; patriae vero de tam bono ciue, ex cuius labori-  
bus ac vigiliis academicis tam coetui sanctiori; quam reipu-  
blicaе vberri mos fructus iure quodam meo promittendi,  
summas prae me video rationes. Sed quid ego pro TE  
spondeam patriae, quum TE ipsum optimam sponsonem,  
pignus potius dixerim eruditionis TVAE, facere ac publi-  
cum diligentiae TVAE haud vulgaris monumentum statuere  
cerno, quod eiusmodi esse, libentissime fateor, vt spem,  
quam de TE excitasti, non aequare modo; sed et longe  
superare videatur. Tuum sane, quod in lucem emittis, in-  
genii specimen ita est comparatum, vt quilibet, TE in hoc  
sapientiae domicilio sapientem quoque ingressum esse vitae  
rationem, facile intelligat. Luculenter eodem demonstras,  
sanctioribus disciplinis animum TE ita consecrassē, vt simul  
de comparandis TIBI iis subsidiis, quae partim ex philoso-  
phiae: partim ex sanctioris linguae studiis arcessuntur, cau-  
te prouideque cogitares et TVO confirmares exemplo, lit-  
terarum sacrarum cultorem his instrumentis eo felicius ad  
sanctissimae nostrae religionis penetralia iter facere, quo  
difficilior saepe ad illa aditus harum rerum ignaris videtur.  
Maxime itaque laetor de insigni hac, quam TIBI adquisuisti,  
laudum TVARVM accessione, deumque optimum maximum  
precor, veneror atque imploro, vt, quaecunque suscipias,  
ex voto animique sententia TIBI succedant, TVQUE, finito  
studiorum cursu, metam, quam TIBI fixisti, feliciter et

E 3

cum

cum hac amplissima industriae TVAE praemia consequaris.  
Ienae, d. X. april. anno restituti in pristinam gratiam gene-  
ris humani clo MCCCLII.

NOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE  
MAVR. GVOLFG. CHRISTIAN. HANFFIO

S. P. D.

CHRIST. GVIL. FRANC. WALCHIVS, P. P.

Ingenii TVI praestantiam et voluntatem rectam ac fedat-  
um animum vtilissimosque labores sedulo contempla-  
tus, quanta commoda futuro tempore sacrae ciuitati TVAE-  
que patriae a TE sint expectanda, facile intellexi. Post-  
quam frequens atque assiduus in doctorum scholis fuisti  
eorumque consiliis gessisti morem et in diuinarum rerum  
studiis, quibus TE totum tradidisti, ita elaborasti, vt nec lit-  
teras, in oriente cultas, sine quibus magna sanctioris disci-  
plinae pars incomta et sterilis est, leuiter attingeres; sed  
penitus eas perspiceres, prudenter censuisti, ad confirman-  
dam omnium, qui TIBI bene cupiunt, spem nihil esse  
aptius; quam vt, sumto disputantis munere, aequae vim in-  
genii; ac sedulitatem auditoribus adprobares. Nec teme-  
re TE id suscepisse; sed fortunatissimum esse consiliorum  
TVORVM exitum, certaminis litterarii, nuper a TE commis-  
si, exemplo discimus, in quo optime stetisti et quot illius  
spectatores; tot quoque de doctrina TVA et, qua praeditus es,  
ad obiecta expedite respondendi, arte habuisti testes. Qua-  
re non possum; quin TIBI de feliciore rerum statu et lau-  
dum TVARVM accessionibus studiose gratuler deumque pre-  
cer, vt TE porro caelesti benignitati habeat commendatif-  
simum TIBIQUE omnia, quae suscipis, laeta, fausta, glorio-  
sa esse, iubeat. Vale meque, quod facis, amare perge.  
Ienae d. XV. apr. ann. reparatae salutis humanae MDCCLII.

PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE  
MAVR. WOLFG. CHRIST. HANFFIO

S. P. D.

IAC. WILH. BLAVFVS.

Philos. Doct. Ampl. Ord. Phil. Adi.

OPPONENS.

Officii ratio me quoque TIBI gratulari editum praeclarae  
Tuae

Tuae doctrinae specimen cogit. - Iis ornamentis, in quibus vera studiosi Theologiae et Philosophiae dignitas posita est, ita cumulate ornatus es, vt a bonis omnibus, quibus eximium animi Tui decus innotuit, plurimum amatus sis, atque obseruatus. Hunc bonorum amorem fuisse auxili elucubrando Dissertationem exegeticam arduum illud et ponderosum Malachiae vaticinium de Elia mittendo illustrantem, eandemque congruenter apteque defendendo. Congratulor Tibi de opimo decore, et magna gloria, quam ex illo industriae Tuae argumento adeptus es. Spero fore, vt summum Numen perbreui praemio virtutis ac solertiae Tuae TE donet: credasque mihi affirmanti, me mirabiliter esse laetaturum de Tua salute ac fortuna, quam TIBI adprecor, florentissima. Caeterum vehementer etiam atque etiam a Te peto, vt consuetudinem, quae tecum est mihi, nunquam intermittas. Vale. dab. e Mus. d. XII. April. c1616 cclii.

*Mit brüderlich erfreuten Sinnen  
Sah ich den Beyfall, der dich ziert:  
Dein Trieb, durch Müß ihn zu gewinnen,  
Hat dich zum Hörsaal hingeführt.  
Dir ist dein edler Wunsch gelungen.  
Lung hast du dir den Ruhm errungen,  
Der deinem Fleis auf künftige Zeit  
Die schönsten Folgen prophezeit.*

*Dich hebt mit treuen Mutterhänden  
Eusebie dereinst empor.  
Du wirst dein Glück mit Ruhm vollenden  
In ihrer Diener edlem Chor.  
Diss host, o Bruder! meine Liebe;  
Und deines Fleisses edle Triebe  
Gewähren mir von deinem Schwung  
Die kräftigste Versicherung.*

Seinem geliebten Herrn Bruder, wolte mit  
diesen wenigen ergebenst Glück wünschen  
T. C. G. HANFF, B.R.B.

V I R O

VIRO PRAENOBILISSIMO ATQUE CONSVETISSIMO  
AMPLISSIMO DOCTISSIMOQUE DOMINO  
DN. GEORGIO HANFFIO

Notario publico Caesareo, Senatori Coburgensi, Praefecto aerarii Ec-  
clesiastici, et Serenissimo Principi a redivibus extraordinariis

S. D. P.

IOAN. FRID. HIRT.

**E**t si insignem filii TVI dilectissimi diligentiam vt multis ef-  
feram laudibus, non opus est, quia specimen hoc aca-  
demicum sub meo praesidio publice ab ipso defensum satis  
superque illam testatur; non possum tamen, quin TIBI, VIR  
PRAENOBILISSIME, meam hac de re laetitiam, significem,  
atque simul de filio tam praeclaro et docto ex animo gratu-  
ler. Ex quo iste a Gymnasio academico patrio ad nos anno  
1749. huc concessit, bonis litteris theologo et ornamento  
et praesidio futuris admodum instructus, nihil pro laudabili  
suo proficiendi ardore intermisit, quod amplius ad finem  
propositum feliciter obtinendum facere potuit. Operam  
assiduam inter alia scholis meis et philologicis et exegeticis  
varii generis a primo statim tempore vsque ad praesentem  
diem dedit, et per studium indefessum atque vitae integri-  
tatem meum omnino sibi conciliauit amorem. Quare nec  
improbavi, sed maximopere potius laudavi et excitavi con-  
siliium eius, quod cepit, et specimen quoddam conscriben-  
di, et me auxiliante publice illud defendendi. Suppeditavi  
ei hunc in finem varia argumenta, nec non ordinem eadem  
pertractandi, ex quibus praesens hoc de Elia futuro iam  
manifestato ad Malach. III, 23. 24. elegit. Exercitationem  
quandam hunc in locum proprio Marte exaravit, eandem  
mihi exhibitam legi ac relegi, alia reieci, alia mutavi, alia-  
que addidi, vsque dum specimen hoc duas dissertationes a  
filio TVO carissimo cum gloria defensas continens enatum  
sit. Et sicut consensum TVVM promptamque ad sumtus ne-  
cessarios faciendos voluntatem laudo, ita etiam fructus  
amoenissimos in filium TVVM hac ex re redundantes et spe-  
ro et opto. Sic igitur TIBI gratulor de filio, qui exspecta-  
tionem TVAM ex arte implevit: gratulor patriae civem vti-  
lissimum: gratulor filio TVO doctissimo hoc eruditionis speci-  
men: gratulor et mihi auditorem gratum atque optimum. Vale.